quoniā ipē est dn̄s de⁹ tu⁹. fortasse n̄ oscu
landus. sed adorādus cum p̄re ⁊ sp̄ū san-
cto in secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo. ix.

y A a Ccedamus iā
ad libꝝ. verbisq̃ sp̄ōse rōnem
dem⁹ ⁊ ꝯsequentiā. Pendēt ei
⁊ p̄rupta nutāt absq̃ principio. Ideoq̃
p̄mittendū cui cōpetēter cohereant. Po-
namus p̄inde istos quos sponsi sodales
diximus: visitādi salutādiq̃ gratia sic heri
⁊ nudiusterti⁹: accessisse nūc q̄z ad spon-
sam submurmurantē ⁊ tedentē reperisse.
mirari causam ⁊ quasi alloq̄ in hunc mo-
dum. Quid noui accidit? Quid te cerni-
mus solito tristiorē? Que inopinati mur
muris causa? Certe cuz auersa ⁊ alienata
ires post amatores tuos cū quibus ma-
le erat tibi: cōpulsa tandē reuerti ad viruz
tuū priorē. nōne vt saltē mereretis tangere
pedes. multis p̄cib⁹ ⁊ fletib⁹ institisti? Re
colo inquit. Quid? Obtento eo simulq̃
accepta in osculo pedū indulgētia de of-
fensis. num rursus facta impatiēs ⁊ tāta
nequaq̃ dignatōe ꝯtenta. sed maioris fa-
miliaritatis cupida. scd̄am quoq̃ gratiā
eadē qua p̄us instātia postulasti ⁊ impe-
trasti. ita vt in osculo man⁹ adepta sis vir
tutes nō paucas ⁊ nō paruas? Nō diffi-
teor ait. Et illi. Enimuero num tu es q̄
iurare ⁊ obtestari solebas si vnq̃ ad oscu
lum man⁹ p̄uenire dareť: sufficere iā tibi:
nil te de cetero petiturā. Ego? Quid igiť
Forte hoꝝ que accepas quippiā ablatuz
causaberis? Nihil. An vero times repeti-
tum iri. qd̄ tibi de mala tua p̄stina ꝯuersa
tione indultū p̄sumpseras? Non. Age ta
men dic vn̄ queam⁹ satisfacere tibi? Non
quiesco ait nisi osculeť me osculo oris sui.
Gratias de osculo pedū. gr̄as ⁊ de man⁹
s̄z si cura est illi vlla de me. osculeť me oscu
lo oris sui. Nō sum in gr̄ta. s̄z amo. Acce-
pi fateor meritis potiora. s̄z p̄rsus inferio
ra votis. Desiderio feror. nō rōne. Ne q̄-
so causemini p̄sumptionē vbi affectio vr-
get. Pudor sane reclamat. s̄z supat amor.
Nec ignoro q̄r honor regis iudiciuz dili
git. s̄z p̄ceps amor nec iudiciū p̄stolatur.
nec ꝯsilio tēperať. nec pudore frenať. nec
rōni subijcitur. Rogo. supplico. flagito.
osculeť me osculo oris sui. En gr̄a ipsius
multis iā annis caste sobrieq̃ viuere cu-
ro. lectiōi insisto. resisto vicijs. orōni incū
bo frequēter. Vigilo ꝯ temptatōes. reco-
gito annos meos ī amaritudine aīe mee.
Sine querela me arbitror q̄ntū in me est
ꝯuersari inter frēs. Superiorib⁹ potesta
tib⁹ subdita sum. egrediēs ⁊ regrediēs ad
imperiū senioris. Aliena nō cupio. mea
poti⁹ ⁊ me pariť dedi. In sudore vultus
mei comedo panē meū. Ceteꝝ qd̄ in his
om̄ib⁹ est totū ꝯstat de ꝯsuetudine. d̄ dul
cedine nihil. Quid nisi iuxta p̄pham vi-
tula effraim sum. docta diligere trituraz?
Deniq̃ ī euāgelio q̄ hoc solū qd̄ facere de
bet facit: seru⁹ inutilis reputať. Mādata
forsan vtcūq̃ adimpleo. s̄z aīa mea sic ter
ra sine aqua in illis. Vt igiť holocaustuz
meū pingue fiat. osculeť me queso osculo
oris sui. Pleriq̃ vestꝝ mihi quoq̃ vt me Z
mini in priuatis ꝯfessionib⁹ suis ꝯqueri
solent vt sup huiuscemodi arentis animi
languore atq̃ hebetudine stolide mentis
ꝙ di scz alta atq̃ subtilia penetrare nequi
rent. ꝙ de suauitate sp̄ūs aut nil aut parū
sentirēt. Quid isti nisi ad osculū suspirāt?
Suspirāt plane ⁊ inhiāt spiritui sapiētie
⁊ intellect⁹. intellect⁹ vtiq̃ quo p̄tingant
sapiētie qua gustent qd̄ intellectu app̄hē-
derint. Ego in hoc ip̄o affectu sanctū pu-
to orasse p̄pham cū diceret. Sicut adipe
⁊ pinguedine repleať aīa mea: ⁊ labijs ex-
ultatiōis laudabit os meū. Osculū oīno
petebat vt illud osculū in cui⁹ tactu p̄fu-
sis labijs pinguedine gr̄e sp̄ūalis seq̄reť:
qd̄ alibi idē ip̄e p̄cať. Repleať os meū lau
de vt cantē gloriā tuā: tota die magnitu-
dinem tuā. Deniq̃ ⁊ eructauit vbi gusta-
uit. Quā magna multitudo dulcedis tue
dn̄e: quā abscōdisti timētib⁹ te. Satis h̄
osculū detinuit nos. ⁊ nec dū me illud vt
veꝝ fatear digne satis expressisse confido.
S̄z trāseam⁹ ad reliqua. q̄r id melius im
p̄ssum q̄ exp̄ssum innotescit. ¶ Sequiť. A
Quia meliora sunt vbera tua vino fragrā
tia vngentis optimis. Et hec ṽba cuius
sint auctor nō loquiť. relinquēs nob̄ libe
re cōmētari cui potissimū p̄sone ꝯueniāt
Mihi ṽo nō deesse vn̄ illa cōgrueñť assi-
gnē siue sp̄ōse siue sp̄ōso siue etiā sponsi so
dalib⁹. Et p̄mū sp̄ōse qualiť ꝯgruāt indi
cabo. Interim ꝯfabulātib⁹ illa pariť atq̃
illis: accessit ip̄e de quo sermo erat. Vtiq̃



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-317/0037
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt